230 Praesentis Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, maiori minorennitate, successorum legatione infra vel extra Regnum, servitio Militaris ad munimenta, ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad quietationem praeterea ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanei Premisliensis Terminos dilatione sibi non recipiendo, nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus Suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terri bello conventioneque ac alijs Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo, Hac scia praesentis Illi recognitione ad praemissa omnia mediante.

Jaworskie Dwernickiemu et Jaworskiemu Petraszowiczowi Cedunt.

4010 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentis Castrensis Capitanei Premisliensis Nobiles Andreas Siwaczek, et Georgius Dubik Jaworscy Sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitanei Premisliensis Iurisdictioni quoad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo praeinteresse recognovit, Quia ipse de omni et integro Iure suo in praescripto nempe

de Summa Trium Millium florenorum Polonicorum sibi Recognoscenti
per Nobilem Marinam Vruska primarum olim Nobilis Basilij Jaworski Niehylowicz ad praesens vero Secundarum Nuptiarum Nobilis Stanislai Kruszelnicki Contoltma coram Actis Officij praesentis inscripta
et Super bonis suis propriis et haereditariis vidit certis sortibus
Vroszczyzna [illegible], in bonis Villae Kornelowice Terra et Dicto
2 praesentis iacentis consistentis Premisliensis modo obligatorio ad solvendum
assecurata, Nec non de eadem ipsa Inscriptione obligatoria Castrensis
Capitanei Premisliensis, atque bonis memoratis, in eadem Inscriptione obligatoria contentis cum omni praemissorum Iure Dominio proprietate Competentiaque et Prerogativa quavis, omnibusque et singulis eiusdem Inscriptionis obligatoriae Conditionibus, Punctis clausulis, articulis, vadio, Ligamentis ac nexibus in Universum omnibus, Summae quoque Suprascriptae et bonorum Summa eadem oneratorum Utilitatibus, fructibus, Proventibus, redditibus emolumentis, Commodis obventionibus attinentijsque et pertinentijs generaliter Universis, Nihil ex praemissis Iuris Dominijs proprietatis ac cuiusvis Competentiae et Prerogativae
per se Recognoscente suisque Successoribus aut quopiam retentarum seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praesentia recognita ipsimet Recognoscentes tenuerunt habuerunt, et possidebant, ipsique concernebant, ac eidem Ill.mae serviebant, Iam ex nunc et de facto Generosis Fedorio Dwernicki et Petro Jaworski Petraszowicz eorumque posteris acceptata ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione, Cesserunt et Condescenderunt, prout Cedunt et Condescendunt praesentis, omneque et integrum Ius suum totum sibi

ad premissa servientes in personam eorundem Gnosorum Fedorio Dwerni-
232 cki et Petro Jaworski Petraszowicz Cessionarios suos eorumque
Successorum totaliter et plenarie transtulerunt, et transfunderunt,
ac incorporaverunt, prout transferunt, transfundunt, et incorpo-
rant presentes, In quo quidem Jus presens Cessum summam et bona sum-
ma eadem onerata premissaque omnia presentes pro se Recognoscentes
transfusa ijdem Recognitores Gnosi Andreas Siwaczek et Geor-
gius Dubik Jaworscy prefatos Gnosos Fedorio Dwer-
nicki et Petro Jaworski Petraszowicz Cessionarijs suis eorumque
posteris, eam ex nunc et de facto coram Officio presenti dat et ad-
mittit realem Intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Mtem quemcunque competentem et Nobiles duos, dite quacunque
voluerunt, officiose acceptantes per ipsos Cessionarios suos et ipsos
posteros, hoc idem Jus presens Cessum summam ac bona summa
eadem onerata, premissaque omnia pro presentes transfusa cum Universis
eorum utilitatibus et usufructibus, competentiaque et prerogativa
quavis tenendi habendi et possidendi, illisque quiete et pa-
cifice utrifruendi, ac ad suos suorumque Successorum quosvis bene-
placitos usus fructus libere et effectualiter convertendi
prefati Juris Originalis ea omnia latius in se complectentes pra-
sentique cessi et transfusi vigore. Debentque et tenebuntur memo-
rati Recognoscentes Nobiles Andreas Siwaczek, et Georgius
Dubik Jaworscy prout se ac suos Successores in et super bonis
suis gnatis omnibus ac summis quibusvis pecuniarijs habi-
tis et habendis prefatis Gnosis Fedorio Dwernicki, et Petro
Jaworski Petraszowicz Cessionarijs suis inscribunt et
obligant presentes ipsos et eorum Successores in dicto Jure Cesso sum-
ma ac bonis summa eadem oneratis, premissisque omnibus presentes

trans

transfusis et ratione eorundem omnium praesentium abscessorum ab omni
et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum, cuius-
cunque Conditionis, Status et Sexus cuiusvis existentium, ex re perso-
na et occasione Suorum Recognoscentium et Suorum Successorum Iurisque praesentium
cessi tantummodo et non ultra exoriuntur in omni Iudicio et Officio
Regni semper toties quoties opus fuerit tueri, defendere, evin-
cere, intercedere, et eliberare, indemnesque cum posteris reddere,
nec non hoc idem Ius praesens cessum summam de Bona summa
eadem onerata praemissaque omnia praesentium transfusa, ab omnibus
in genere Iuribus et Instrumentis prioribus et posterioribus
super eadem praemissa omnia praesentium condescensa cuivis perso-
narum modo quocunque itidem ex re persona et occasione
Sui Recognoscentium Successorumque Successorum tantummodo et non ultra
facta et facienda, tum etiam a quibusvis Cittationibus super eadem
praemissa omnia praesentium cessa importatis et importandis, Lucris de-
niq et perlucris, Processibusque Iuris quibusvis, in quocunque
Puncto et gradu Iuris dependentium et in quovis Iudicio et Officio
Regni obtentum et obtinentum ac super praemissis omnibus praesentium transfu-
sis itidem ex re persona et occasione Sui Recognoscentium Suorumque
Successorum tantummodo et non ultra, modo quovis perductis et
perducendis emundare et eliberare, mundaque et libera sem-
per facere ac etiam Introductionem praefatam coram Officio praesenti ad-
missam in fundo bonorum praefatorum summa eadem praesentium ab-
scessa oneratorum dum per Mtem et Nobiles duos Officiose requi-
rere non denegare, imo debebunt et tenebuntur, eandem libe-
re dare et effectualiter admittere, dataque et admissa ea-
dem possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesentium transfusorum

234 Quovis modo tam per se quam per suas quaevis submissas
et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsique
Cessionarios suos et ipsos Successores in praemissis omnibus praeterea con-
descentis nullo modo iniuriari, ita ut ijdem Cessionarij sui
cum suis posteris, hoc idem Jus Cessum Summas ac bona
Summis eadem onerata praemissaque omnia praeterea cessa cum univer-
sis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et pro-
gativa quavis quiete et pacifice praefatis Inscriptionis Cessionariis
vigore tenere habere et possidere queant, illisque uti frui possit.
Idque sub vadio similis Summae Trium Millium florenorum Polonicorum
per eosque Recognoscentes sive eorum posteros praenominatis Ces-
sionarijs suis et illorum posteris, ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties
opus fuerit ad solvendum succumbentes. Pro quoquidem vadio mo-
do praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua Principa-
li ex praemissis non completa complenda citati existentes
memorati Recognitentes Nobiles Andreas Siwaczek et Georgi-
us Dubili Jaworscy sive eorum Successores Ad instantiam
praefatorum Generosorum Fedory Dwernicki et Petri Jaworski
Petraszowicz Cessionariorum suorum vel eorum posterorum.
Ad Officium praesens Castrensem Capitanei Premisliensis extunc
recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante
semper in primo Citationis Termino tanquam perem-
ptorio stare, Juri parere respondere, vadium praetactum
luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad
eadem omnia inscribit et obligat praesentem Illius praescribatur ligamenta
iuxta formam Cancellariae.